


stadijs quindecim · Multi ergo ex iudaeis uenerant ad
martham et mariam · ut consolarentur eas de fr̃e suo ·
Martha ergo ut audiuit quia ih̃c uenit · occurrit illi ·
Maria aut̃ · domi sedebat · Dixit ergo martha ad ih̃m ·
Dn̄e · si fuisses hic · frat̃ meus non fuisset mortuus · Sed
& nunc scio · quia quecumq; poposceris a dō · dabit ubi
ds̄ · Dicit illi ih̃c · Resurget fr̃ tuus · Dicit ei martha · Scio
quia resurget in resurrectione · in nouissimo die · Dicit
ei ih̃c · Ego sum resurrectio et uita · qui credit in me ·
& iam si mortuus fuerit · uiuet · Et omnis q̄ uiuit et cre
dit in me · n̄ morietur in aeternum · Credis hoc · Ait illi ·
Utiq; dn̄e · Ego credidi quia tu es xp̄c filius di · qui in
hunc mundū uenisti · Et cum haec dixisset · abiit et uo
cauit sororem suā silentio · dicens · Magister adest · et
uocat te · Illa ut audiuit · surrexit cito · et uenit ad eū ·
Nondū enim uenerat ih̃c in castellum · sed erat adhuc
in eo loco · ubi occurrerat ei martha · Iudaei igitur qui
erant cum ea in domo · & consolabant̃ eam · cū uidissent
mariā quia cito surrexit et exiit · secuti sunt eā dicentes ·
Quia uadit ad monumentum · ut ploret ibi · Maria ergo
cū uenisset ubi erat ih̃c · uidens eum · cecidit ad pedes ei ·
& dixit ei · Dn̄e · si fuisses hic · n̄ esset mortuus frat̃ meus ·
Ih̃c ergo uidens eam plorantē · et iudaeos qui uenerant
cū ea plorantes · infremuit spū · & turbauit semetipsū ·
et dixit · Ubi posuistis eū · Dicunt ei · Dn̄e · uenī · et uide ·
Et lacrimatus ē xp̄c · Dixerunt ergo iudaei · Ecce ·

28v

Österreichische Nationalbibliothek
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1140/0062